

Notum ergo sit vobis, quod
Gentibus missum est hoc salu-
tare Dei: & ipsi audient.

Et quum hæc dixisset, exie-
runt ab eo Judæi, multam ha-
bentes inter se disceptationem.

Mansit autem Paulus bien-
nio toto in suo conducto: &
suscipiebat omnes qui ingre-
diebantur ad ipsum.

Prædicans regnum Dei, ac
docens quæ sunt de Domino
Jesu, cum omni fiducia, nemi-
ne prohibente.

28 Γνωσὸν ἔν' ἔσω ὑμῖν, ὅτι τοῖς
ἔθνεσιν ἀπεστάλη ἡ σωτήριον
τῆ θεῶ, αὐτοὶ καὶ ἀκούσιν).

29 Καὶ ταῦτα αὐτῷ εἰπόντῃ,
ἀπῆλθον οἱ Ἰουδαῖοι, πολλὰ ἔ-
χοντες ἐν ἑαυτοῖς συζητήσιν.

30 Ἐμείνε δὲ ὁ Παῦλος διέλιαν
ὅλην ἐν ἰδίῳ μισθώματι· καὶ
ἀπέδεχτο πάντας τὰς εἰσπο-
ρευομένους πρὸς αὐτόν.

31 Κηρύσσων τὴν βασιλείαν
τῆ θεῶ, καὶ διδάσκων τὰ περὶ
τῆ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πά-
σης παρρησίας, ἀκωλύτως.

IN EPISTOLAM PAULI AD ROMANOS ARGUMENTUM PER D. ERASMUM ROTERO- DAMUM.

Jam quò res sit dilucidior, argumentum Epistola
paucis explicandum. Atque ut exordiar ab ipso
nomine, quanquam me non fugit Hieronymum
in commentariis, quos scripsit in Epistolam ad Phile-
monem, in hac esse sententia, ut existimet Apostolum
prius vocatum Saulum, Pauli verò cognomen ceu
trophæum usurpasse à Sergio Paulo Proconsule, quem
Christo lucrifecit, quemadmodum legimus in Actis
Apostolorum cap. 13. rursus alios esse, quibus placeat,
in Iudaismo dictum Saulum, mutata religione, si-
mul & nomen mutasse. Sed alteram opinionem mi-
nus probabilem facit, quòd Lucas hoc ipso, quod mo-
dò citavimus, capite scribit: Saulus, qui & Paulus,
reple-